

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ  
Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli  
Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opuscuvlorvm**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm,  
Aliarvmqve Observationvm ... )

Fascicvlos I.II.III.IV.V. Ab Annis MDCC.XXVII.M.DCC.XXVIII.M.DCC.XXIX.  
Editos, Complexvs. Cvm Indice Triplici.

**Beyschlag, Friedrich Jakob**

**Halae Suevorum, M.DCC.XXIX**

VIII. Nova Literaria cum Observationibus variis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16134**

## VIII.

NOVA (\*) LITERARIA  
cum Observationibus  
variis.

LIPSIAE.

**L**vcem vidit M. Joh. Erhard Kap-  
pens / &c. kleine Nachlese einiger/ grō-  
sten theils noch ungedruckter / und sonder-  
lich zur Erläuterung der Reformations-  
Geschichte nützlicher Urkunden. Anderer  
Theil &c. Leipzig/ bey Joh. Fried. Brauns/  
sel. Erben/ 1727. 8. I. Alphab. 4. und  $\frac{1}{2}$  Bo-  
gen. Recens. tum alibi, tum in Bibl. Theol.  
P. XXVII. num. vi. p. 223. sqq. ( ubi tamen  
pro II. Alphab. 2. Bogen / legendum est,  
I. Alph. 4. und  $\frac{1}{2}$  Bogen / quia signaturæ,  
ut vocant, primæ & secundæ partis conti-  
nuantur. ) Eo libentius huius secundæ par-  
tis

---

(\*) De variis rebus literariis Anni 1727. iis in-  
primis , quæ ad Academiam Tubingensem ,  
& Sueviam generatim , sigillatim Ducatum  
Würtem-

tis in hac Sylloge, in cuius Fasc. II. p. 457 seqq. priorem quoque memoravimus, mentionem facimus, quo feliciorem se fuisse prædicat ipse auctor celeberrimus (\*) in nanciscendis MSS. Spalatinianis ex *Suevico* quodam *thesauro librario*, (\*\*) perillustris nempe Krafftii, Reip. Vlmensis Consulis longe meritissimi. Vnde hanc & sequentes partes, tum aliis, tum iis potissimum cimeliis exornare

Iii 4 merito

Würtembergicum pertinent, diligenter egit  
Ven. Ge. Conr. PREGIZERVS, Fautor meus &  
Amicus æstumatisissimus, in Continuatione  
Poëseos Sacræ ad illum annum ( Fortgesetzte  
Gott. geheilige Poësie auss das Jahr 1727. ges-  
richtet / Tübingen / 8.) p. 438 — 552. qui &  
idem institutum in hoc opere iam inde ab  
Anno 1717. laudabiliter servavit, variasque  
non contempnendas observationes, Suevorum  
rem literariam illustrantes, per hoc ipsum  
duodecennium ( spes enim est, fore, ut & ean-  
dem telam per hunc annum 1728. multosque  
sequentes D. v. pertexere pergit ) ibi conges-  
fit. Ea adeo, quæ ad A. 1727. proposuit, repe-  
tere non est animus, sed Lectores Benevolos  
eo ablegamus.

(\*) Quem nunc Lipsiae Professionem publ. extraordinariam Eloquentiae ornare, ex Novell. Excerptis Coburg. 1727. p. 273. didicimus.

(\*\*) Conf. de eo Fasc. I. p. 212. sq.



merito decrevit, quam felicitatem publico bono destinatam, iure ipsi gratulamur. Annotabimus pauca pro more nostro, humanissimo Kappio haud forsan refragante.

Pag. 442. sqq. coll p. 474 sq. & p. 590. sq. de Iodoco Iona, i. e. Iusto Iona, agitur. Eadem eodem tempore observavimus in Fasc. II. Sylloges huius, p. 322. sqq.

Pag. 444. de lo Crotō Rubeano nonnulla afferruntur. Similia diximus l. c. p. 292. sqq. & p. 326. Ad quæ loca addi possunt contin. Relatt. Innoc. 1720. p. 646. sqq. ubi Ven. I. C. Oleario duce, vita Croti etiam habetur. Quando tamen Cl. Kappius hic memorat, laudatum Olearium in libro citato (Fortges. Samml. 1723. p. 709.) revocasse promissum suum de vita Croti uberius enarranda, pace eius monemus, non videri id innuere verba Oleariana, scribit enim: *Es habe die Historia Croti noch nicht völlig können zu stand gebracht werden, uveil Zeit und Verleger fehlet.* Non ergo sustulit plane spem hanc eruditissimus Olearius, quam ut impleat tandem, enixe optamus. (\*)

---

(\*) Obiter notamus, non parum nos his ipsis diebus gavilos esse, cum videremus, Rev. Io. Iac.

Pag. 474. sq. Cl. Kappius ait: *Iod. Ionam in-eunte A. 1521. (zu Anfang des 1521. Jahres) Præpositum Vitemberg. constitutum esse. For-san non pœniteat, huc conferre, quæ in Fasc. II. p. 332. sq. hac de re scripsimus. Hu-ius Ionæ Præpositi Vitemb. sunt theses illæ, A. 1522. disputatæ, quæ in Relatt. Innoc. A. 1708. p. 732. sq. leguntur, & minus recte videntur attribui illi Iac. Præposito, de quo vid. Relatt. Innoc. l. c. p. 337. sq. & Kappii Nachl. P. II. p. 548. sqq. & 655. sqq. ad quæ loca infra quædam observabimus. In rariſſi-mo enim libello (\*) Vitemb. v. Idus Sept. 1538. in 8. typis *Io. Lust.* excuso, sub tit. *Propositiones D. Mart. Luth. ab initio negotii**

Iii 5

Evan-

Iac. Rambachium, SS. Theol. Prof. Ord. in Acad. Frid. eandem Lutheri ad Eob. Hessum epistolam, quam nos in Fasc. II. p. 292. seqq. cum notis quibusdam recudi fecimus, nuper-rime ex T. II. Epist. Luth. p. 307. ( qui locus tunc nos fugit,) repetiisse integrum, in præf. quam M. Lutheri Comment. in Psalmum se-cundum, præmisit, p. 18. sqq. ubi & de Lu-theri peritia in literis humanioribus præcla-re differuit, addendus hinc iis auctoribus, quos l. c. p. 295. sqq. laudavimus.

(\*\*) Recensetur in Unschr. Nachr. 1709. p. 584. sq. ubi & p. 585. *Io. Præpositi nomen legitur.*



*Evangelici, ab autore tractatæ, usque in hunc diem, Lit. N. 2. b. leguntur eadem theses, hac inscriptione: D. Ionæ Præpositi Wittenbergensis Disputatio. De Spiritu & Litera, 2. Corin. 3. Post thesin 27. annus additur. M. D. XXII.*

*P. 484. sqq. Theses Henr. Zutphaniensis contra Missam privatam (\*) exhibentur. De illo vid. index Kappii, v. Zütphen. In Relatt. Inn. 1709. p. 25 --- 32. eiusdem Propositiones aliæ habentur, non indicato loco, unde de-promptæ sint. Reperio autem illas in ante laudato libello Propos. Lutheri, lit. Q. 3. sqq. conf. Rel. Inn. e. a. p. 385. ubi auctor illius recens. nescius fuit, Ionæ Præpositi & Henr. Zutphaniensis theses in iisdem Rel. Inn. 1708. p. 732. sq. & 1709. p. 25 --- 32. iam repetitas esse; sed an ex hoc libello, est, quod dubitem, saltem quod ad theses D. Ionæ Præpositi attinet.*

*P. 548. sq. de Iacobo Spreng, Hyperensi dicto, agitur; de eo ad p. 655. sqq. paucula nota-bimus, quæ & hoc referre velis.*

*Pag.*

---

*(\*) Merentur cum illis istæ theses, de eodem argumento, comparari, quæ in sæpe citato libro Propositionum Lutheri, lit. P. 2. usque ad lit. Q. 2. sistuntur.*



Pag. 581. lin. 22. pro in *Gesetz weiß*/ forte legendum est : im *Gesetz Moss*/ certe id volunt verba p. 575. lin. 10.

Pag. 594. sqq. De *Io. Briesmanno* & nos quædam diximus in Fasc. II. p. 376. sqq. vitam eius, in epitomen contractam, nuper dede- runt Collectores contin. Relatt. Innoc. 1727. p. 888. coll. p. 1062. Qui & effigiem eius in fronte Sectionis sextæ, post p. 870. collo- locarunt, quæ hancce gerit subscriptionem : *D. Iohannes Briesmannus, Reformator Borussiæ, natus 1488. obiit 1549.*

Pag. 610. sqq. De *D. Henr. Stromero*, *Aur- bachio*, cuius hic fit mentio, Cel. Colerus, in descriptione huius Kappiani libri, ad hunc ipsum locum, in Bibl. Theol. P. XXVII. p. 231. desideravit notitiam. Dedimus nos ipsi nonnullam in Fasc. II. p. 314. sq. conf. Cl. Schelhornii Amœn. Liter. T. VII. p. 270.

Pag. 633. sqq. coll. p. 626. sqq. De *Wigan- do Episc. Bamberg.* eiusque *Sententia*, &c. conf. quæ supra p. 842. 843. observavimus. Ad Schlegelii ibi citatum locum, eiusque no- tam (b) p. 24. omnino evolvi merentur Re- latt. Innoc. 1705. p. 811. sqq.

Ad p. 640 --- 655. Nic. Gerbellii & Theologo- rum Argentinensium ad M. Lutherum literas

ex MS. hic exhibet, & ineditas existimat Cl. Kappius. Vide tamen, num nihil horum occurrat in Ioh. Schwebelii Centuria (\*) Epp. Theol. cuius contenta nuper dedit Cel. I. H. a Seelen in præf. Philocaliæ Epistolicæ p. 2. sq. In editione Syngrammatis Suevici, Norimb. 1556. 8. (de qua p. 855. sq. egi,) lit. F. 1 --- 4. extat *Responsio D. M. Lutheri ad Ministros verbi Dei apud Argentinam, per Ge. Caselium Legatum, de verbis cœna Dominiæ, Wittemb. Domin. post omnium Sanctorum 1525. scripta.* Cuius occasio ex his, quas Cl. Kappius sifit, literis, arcessenda videtur, quanquam non immediata, quod dicitur, Lutheri ad eas responsio videatur. *Conf. Lutheri ad W. F. Capitonem epistolas, Maio & Jun. 1524. scriptas, in Bibl. Brem. Cl. IV. p. 911. sqq.*

*Ad p. 655 — 664. Iacobi Hyperensis epistolam de martyrio Henrici Zutphaniensis, germanice extare integrum, & a Lud. Rabo in Historia martyrum T. II. fol. 408. ex vernaculo exemplari, excerptam esse, Cl. Kappium docere ex autoſia possumus. En totam epistolam.*

---

(\*) Eodem tempore huius Centuriæ mentionem fecerunt, præter Seelenium, Viri Clariss. O. F. Schützius in vita Dav. Chytræi L. IV. p. 133. 140. & I. A. Strubberg in Discursu Prælim. ad Indicem Theoll. Evang. Luther. p. 43.

Ein erschreckliche geschicht wie  
etliche Ditmarschē den Christlichen  
prediger Heinrich von Zutfeld newlich  
so jemerlich vmbgebracht haben. in ei-  
nem sendbrieff Doctor Martino Luther  
zu geschriben.

M. D. XXV.

*Dem vvaren junger Christi Martino Luther.  
Iacobus von Hypern.*

**G**Nad vnnd frid von Gott dem vatter vnnd vn-  
ferm herren Iesu Christo, der vnnser einiger  
mitler vnnd priester in ewigkeit ist. Was sol  
ich sagen allerliebster bruder? Was soll ich an-  
hebenn? mein seel ist in engsten, vnnd mein geist  
schreyet zu dem herren, vnnd ich hab keyn stil-  
lung So sage ich, Sihe wie stirbt der fruñ?  
vnnd nyemants bedenckts in seinem hertzen.  
Die gotseligen werden vmbbracht, Dann nye-  
mants versteet es, Wann der fruñ ist vom  
angesicht der bossheyt wegk genomen. Vnser  
heinrich der vnerschrocken prediger gottis  
worts, ist vmbbracht worden, vnd ist also vmb-  
kommen, als were jm Gott nicht holdt gewest.

Doch ist seyn blut kostlich vor Got,  
vviewol es vor den Ditmarschen ist gering  
vvordenn. Ach herr vvie lang schreyen vvir  
vnd du vvilt vns nicht erhören. Warū sihestu  
die verachter an vnnd schvveigst still vvenn  
der gotlos den vndertritt der fruñer ist dann  
er?



er? Ja vatter also hat es dir wölgefalleng,  
Wann der junger ist nicht mer dann sein  
meister, noch der knecht vber sein herren.  
Es ist dem junger genug vveñ er ist als sein mei-  
ster, vnnd dem knecht, vvenn er ist als sein  
herre, habenn sy den haussuater genennt  
Beelzebub, vvie vil mer vverden sy die hauss-  
knecht also heyssenn, Vnnd darumb sollenn  
wir vnns vor jn gar nicht forchttē, vvann das  
ist jr stund, vnd der gevvalt der finsternus, Dar-  
umb tragen vvür liebhaber der vvarheit leyd  
vnnd geen trawrig hereyn. Die feynde aber  
frewen sich vnd geen mit aufgerektem hals,  
Doch bekümmeren vvir vns also vmb des hein-  
richen tod, das vvir vns nit vveniger dess vor  
Got dem herren erfrevven, vnd seind des ge-  
vviß, dass vvir eiñ newen mertrer vnd ge-  
tzewgen Christi haben Sy aber frewē sich vor  
der vvelt, Ich byn auch vngezweyfelt jr frewd  
vverd seyn vvye ein augenblick.

Aber vernempt die sach mit vvenig vvorteñ,  
vvann mein gemüt ist betrübter denn das ich  
vil kunt schreiben. Heinrich ist in Ditmarschen  
beruffen vworden vom pfarherr zu Meldorf  
einem froñen Christlichen vnd Euangelischen  
mann, mit vvissen vnd bevwilligung etlicher  
der fürnemsten desselben orts. Darauff ist er  
als ein vvilliger vñ rechtschafner gezeugt Chri-  
sti dahyn gezogen, vnd hat sein vertrauen auf  
Got den herrē gestelt, vvievvol es jm vō gu-  
ten freünden ist vviderraten vworden, die hatt  
er



er nicht hören vvollen, vvann er sagt, er vvere von Got berüffen.

Als er nun gen Meldorf in Ditmarsch ist  
kommen, haben jn die Christen auffs freünt-  
lichst angenomen. Die münchen aber als feyn-  
de des vvaren Gotisdienst vnd der Christlichen  
vvarheit, sind seiner zukunft betrübt vvordē,  
haben gelauffen gerannt, sich bemüet vnnd so  
emsiglich angehaltten, das sy endlich bey etli-  
chen des lands obristen so vil erlangt habenn  
das man dem Heinrichen das predigen verbot-  
ten hatt. Weil er aber vvüsst das man got  
mer solt gehorsam sein dañ den mensché,  
derhalbē hat er am andern fontag im aduent  
zvvu predig gethon, also das sich der alle so sy  
gehört, erfreüt und got seiner gaben gedanckt  
vnnd gelobt haben. An sant Niclas tag hat er  
auch zvvu predig gethon, do ist das volck  
schyer auss allen vvinckeln zugelauffenn. Dass-  
gleichen hatt er auch am tag vnser lieben fraw-  
en entpfengknus zvvir gepredigt, also das sich  
meniglich ob seiner leer vervvundert hatt.

Nun haben sich die münchen in dem mit höch-  
stem fleyis bearbeyt, geheult vnd ein aufrur  
gemacht, Vnnd iren willen erlangt. Wañ am  
freytag volgent in der nacht nach zwelff vr  
vor dem dritten fontag im Aduent, seind die  
münchen kommen mit latern beleuchtet vñ bey  
fünff hundert vvapner mit jnen, die seind vol  
hamburger byers gevvest, vnd seind als die  
veynde dem pfarherr zu Meldorf in sein hauss  
gefallen, haben den merterer Christi jemerli-  
chen



chen aufs dem bette gezogen, darnach eynem pferdt an schvvantz gebunden vnnd also mit grosser frolockung gen der heyde ein grosse meyl wegs vonn Meldorf gefürt vnd geschleyft.

Als sy gen der Heyde kōnen seind, haben sy den guten man in eines pfaffen keller gevvorffen, sye aber alle getruncken gespilt vnd gesungen.

Auf den morgen haben sy den frommen man mit höchster schande zum fevvr geschlept.

Do hatt sich ein Christlich vveib zvvischen den guten mann vnd das fevvr gestelt, vnd jn zu erhalten Tausent gulden zu geben geboten, byls er mit recht vbervvunden verbrant wurd. Aber do hat nyemant vvellen hörn, Sonder ist das gut vveyb jemerlich an kopff geschlagē vvorden, das sy also hat müissen entvveichen.

Nu ist das vrteil so hernach folget, durch einen gesprochē vvorden der diß jars nit Richter ist, Aber er hat vom richter der das vrteil gesprochen solt haben zehn guldin genommen vnd solch vrteil gesprochen.

### Vrtheil.

Diser vbelthetter der Gott vnd sein mutter geleistert hat soll verbrent vverden.

Darauf hat der frum̄ man geantvvurt. Das hab ich nit gethon. Aber das geschrey hat vber hand genȫnen, verbrent jn verbrennt jn.

Vnnd als der Christlich mann den himlischen vatter für sy gebeeten hat, ist er von jn verlacht vnd verspeyet vvorden.

Nu



Nu ist das fevvr (\*) vor allen menschen die „  
verhanden gewest seind, zweymal aufsgan- „  
gen vnd erloschen. Das haben sy (vvie sol- „  
chen leutten vvol gebürt) für zavvbrey aufs- „  
geben. „

Als er auch von jnen etlich wundē ent- „  
pfangen, der man vnder zweyntzig nicht an „  
jme gezelet hatt, ist er in das dritte fewr ge- „  
worffen vvorden, Also hat er Got dem vater „  
seiñ geist auffgeben.

Nun ist sein Cörper den gantzen tag vber, „  
gantz vnnd vnuerbrannt gebliben.

Des Andern tags, vvelchs der drit sondag „  
im Aduent (\*\*) gevveſt ist, haben sy dem „  
todten cörper die hende vnd füſſe abge- „  
havven, ein nevv feür gemacht vnd sy dar- „  
iñ verbrañt, Dann den strumpf als man sagt, „  
haben sy begraben, vnd vmb den cörper ge- „  
tantzt. „

Also sterbenn die diener Christi, Also vver-  
den die wortt des meisters erfült. Ich kan nit  
mer schreyben. Bitt die Götlich maiestat, das sy  
vns auch ein folche bestendigkeit geben vvöll.

*Tom. I. Fasc. IV.*      K k k      Ach

(\*) vid. Kappii Nachleſe nuzlicher Reform. Ur-  
funden P. II. p. 657. sq. qui hec verba, quibus  
lineolas præfiximus, ex Lud. Rabi Histor.  
Martyrum T. II. fol. 408. excerptis.

(\*\*) Apud Rabum & Kappium ll. cc. legitur:  
welchs der dritt Sontag im Advent, der II.  
December gevvesen ist,

Ach das ich doch nur ein tröflin solcher gnad vnd bestands gehabt het, so rwet ich yetz on alle sorg in dem herren Christo So vveltz ich mich yetz in mancherley ellend trübsalen, ja mer engsten vnnd sünden. Gehabt ewch wol, der geyßt Christi ley mit ewch. Mein allerliebster vatter in Christo Martine, dyſe geschicht hett ich den zu Antorff geschriben, Aber der bott war vveg gelauffen vnd hett den brieff hye gelassen. Darum schick ichs deiner vättlichen lieb, vnd flehe dein gütigkeyt durch Iesum, du vvellest vnns mit einem einigen Send brieff tröſten, an die gantz Christlich gemeyn zu Bremē zu ſchicken. Demnach bit ich dich du vvellest mir das nicht abschlähenn, Dañ ich nicht alleyn, ſonder vil bitten darumb. Preyſe den mertrer Christi, vñ ſtraff die arglistigkeyt der münchen. Ich bit dich du vvellest mir meine vnschicklichkeit verzeihen, mein ſeel iſt trawrig byſs iñ todt, Dann mich verdreüſt lenger zu lebenn. vveyl ich allenthalbenn fo vil vbels ſehe. Demnach iſt mein altter Adam nit geſtorben. Bitt Got für vns.

Dudum studioſe ſervavi hoc monimentum, quod in illo volumine continentur, cuius in Fasce II. p. 436. 437. mentionem feci. In quarti ordinis forma, tribus foliis excusum eſt, in quo typis iterum ſubiiciendo nullam prætermisi industriam, ut fideliffi-  
me



me ad vetus exemplum omnia exprimuntur, qua in re tamen num Kappianam in proferendis eiusmodi documentis accusationem sim asscutus, nescio. Nunc fidem circa finem pag. 874. datam, liberaturus, admodum pauca ad præclaras Cl. auctoris de *Iac. Spreng*, *Hyperensi* dicto, & *Henr. Zutphanienisi* observationes adiicio. Huius ad illum epistolam p. 550. seqq. exhibuit Kappius, præmissa de *Iac. Spreng Hyperensi* notitia, quam p. 656. seqq. aliis annotationibus adauxit; atque hic est ille *Iacobus Præpositus*, qui epistolam de martyrio Henr. Zutphan. scripsit, & de quo nonnulla p. 873. observavi; ac nuperrime quædam notatu digna de eo attulit Rev. O. F. Schützius in vita *Dav. Chyträi*, Lib. III. p. 3. 4. ubi & memorabilem locum ex quadam Erasmi ad Lutherum epistola, L. VI. Ep. 4. p. 350. edit. Londin. (p. m. 245. edit. Basil. 1538. fol. quam in Fasc. II. p. 258. & 455. citavi,) exhibuit, & cognomen Iacobi latere scripsit, ex corrupto patriæ nomine, quo *Sperensis* in membranis Academ. Vitemb. audiat, ortum esse conciens, quod *Sprengius* sive *Sprengerus* & *Sperensis* appelletur a Ven. Henr. Muhlio, *Dissert.* p. 421. Vnde optandum esset, ut Cel.

Kkk 2

Theod.

Theod. Hasæus, cui subsidia deesse non pos-  
sunt, promissis tandem stare velit, qui, cum  
in Bibl. Brem. Cl. II. p. 154. sq. Io. Wyckii  
ad Iac. Præpositum dignas lectu literas,  
vulgari Saxonica lingua, Ratisbona A. 1532.  
die Veneris post Domin. Cantate, Bremam  
scriptas, inseruisset integras, & p. 153. Ia-  
cobum Præpositum primarium tum temporis Sa-  
crorum Bremensium antistitem, suumque de-  
cessorem, vocasset, in nota subiecta hanc le-  
ctoribus spem dudum fecit: *Huius*, inquiens,  
*ex monacho Augustiniano Evangelicæ religionis*  
*fortissimi defensoris vita* (\*) *Deo dante, in his*  
*fasciculis locum occupabit.* Idem in Class. VI.  
eiusd. Bibl. p. 160. *Iacobum Pravest*, sive PRÆ-  
POSITVM, *ex monacho & Priore Augus-*  
*niano, primum Ecclesiæ Bremensis post abolita*  
*Latinorum sacra ab a. 1524. Superintendentem*  
*appellat, ex quo loco etiam patet, illum*  
*A. 1554. adhuc in vivis fuisse.* (\*\*)

(\*) Idem Hasæus l.c. Class. I. Fasc. I. p. 161. sq. de  
Io. TIMANNO & Io. a LASCO, & Cl. VI. p. 114.  
de ALB. HARDENBERGIO fusius se acturum,  
promisit. Eandem & spem quoad HENR. ZVT-  
PHANIENSEM de Hasæo fecit Kappius l. c. p. 487.

(\*\*) Obiter liceat annotare, Io. MOLANVM, cu-  
ius hic simul mentionem facit Hasæus, 1554.  
nondum Scholæ Brem. Rectorem fuisse videri.



De Henr. Zutphanienſi , cuius martyrium  
Iac. Hyperensis descriptis in recusa epistola,  
quam & latine Cl. Kappius p. 660. sqq. de-  
dit, paucula p. 874. diximus , ad Kappia-  
num indicem , v. *Zütphen*, lectorem remit-  
tentes. Cum Iacobi Hyperensis epistola con-  
ferri meretur ea narratio de *Henrico Supphen*,  
*ab Dietmar*, ( sic enim ibi inscribitur ) quæ  
in Actionibus & monumentis Martyrum,  
quæ Genevæ Ioannes Crispinus M. D. LX.  
fol. min. excudit , Lib. I. fol. 41. sqq. legitur,  
ubi & fol. 42. a. hæc verba occurrunt : *Quum*  
*omnem darent operam , ut ignem accenderent ,*  
*non tamen id poterant : atque ita incerti quid*  
*agerent , fustibus & hallebardis eum cädere non*  
*desistebant , omniaque & tormenta & opprobria*  
*adhibere , quæ ab illorum petulantia proficiunt*  
*poterant. Et post pauca interiecta , fol. 42. b.*  
*Postremo alligatum in scala , eum hallebardis*  
*elatum ad paratam struem lignorum detulerunt.*  
*Nam tum quidem in ea regione nullus erat , qui*  
*in eo supplicii genere exequendo expertus esset.*  
*Et postquam narratum esset , ictibus secu-*  
*ris militaris confectum expirasse , additur :*  
*Mortui corpus ardentibus carbonibus ustulave-*  
*runt , propterea quod nulla ratione efficere un-*  
*quam potuerunt , ut ignis in parata lignorum*

Kkk 3

strue



strue accenderetur. Atque hic quidem illius viri ac servi Christi exitus fuit, opinione mundi calamitosus atque horrendus, sed Spiritus iudicio glriosus ac perbeatus. Cæterum Dithmarsos ob combustum Henricum Zutphaniensem, laudatos esse a Ludolpho Naamano, Flensburgensi, in codicis inediti, (quem Bibliotheca Flensburgensis Nicolaitana servat,) Parte II. f. 28. testis est Summe Rev. Lic. Io. Henr. a Seelen, in notitia illius codicis, p. 532. Select. Liter. qui & iudicium suum recte addit; hinc & ex variis rebus aliis, elucidere Naamani ζῆλον & κατ' ἐπίγνωσιν. Laudatus Seelenius l. c. p. 341. sqq. refert, Henr. Zudphaniensis historiam fuse descriptam esse p. 78 --- 89. in Io. Detlefi Chron. Dithmars. MSt. cuius ibi dat notitiam, qui & ad I. H. Elsvvichii, D. Henr. Muhlii, & D. Gerh. Meieri de illo martyre narrationes præclaras, provocat, quibus addi possunt (præter illa, quæ apud Kappium l. c. p. 484. sqq. 556. sqq. habentur,) ea, quæ Io. Casp. Wezelius in P. III. Hymnopoœographia p. 472. sqq. & recentissime O. F. Schützius in L. III. (\*) vitæ Dav. Chytræi, p. 4. de eodem anno-

(\*) P. 6. Schützius ominatur, fore, ut quispiam Antwer-



annotarunt. Denique nec hoc est omittendum, *Pastori illi in Meldorp*, qui Henricum Zutphan. ad Dithmarsos vocavit, quemque virum Christianum & Apostolicum vocat Iacobus Hyperensis (ceu apud Kappium in fine p. 66 i. coll. p. 878. huius Fasc.) *nomen fuisse Nicol. Boje vel Boye*, uti testatur Io. Detleffus in Chron. Dithm. MS. p. 232. sq. cuius verba, uti apud Seelenium l. c. p. 328. extant, pace lectoris huc adscribemus *integra*, ea-que dialecto & scribendi ratione (quam in-

Kkk 4 terdum

Antverpiensis Ecclesiæ historiam opere singulari aliquando edat. Implevit hanc spem luculenter, quoad historiam Ecclesiæ, quæ olim Antverpiæ colliebatur, Evangelico - Lutheranæ, V. Cl. Ioh. Lehnemann in der historischen Nachricht von der vormals im sechzehenden Jahrhundert berühmten Evangelisch - Lutherischen Kirche in Antorff/ (Frankfurth 1725. 4.) in cuius p. 18. de Henr. Zutphan. agi, testatur Cap- pius l. c. p. 486. non sine laude Cl. Lehneman- ni, quem, &c cuius librum, (qui Schützianis observationibus, quas l. c. p. 1. sqq. exhibet egregias, locupletari nunc potest,) merito af- fecit præconio Perreverendus & meritiss. Io. Balth. Ritterus, in præf. des Evang. Denck- mahls der Stadt Frankfurth am Main/ cui viro humanissimo, nobisque faventissimo, non possumus



terdum non optimam esse, Seelenius p. 331.  
dicit,) qua auctor illa exaravit: *Vorgedach-  
ter Herr Nicolaus Boye iß an de Parre tho  
Melldorp gefordert anno 1524. tho dessen Tie-  
den dat helle Licht des hilligen Evangelii erst  
hervor gelüchtet, uth den Ohrfäcken bemelter  
Pastor, nevenst anderen framen Christen in  
Melldorp, von Bremen geeschet den hilli-  
gen und seeligen Marterer H. Hinricum van  
Sütpfen, so anno 1524. den 14. Decembr. thor  
Heyde vvegen des hilligen Evangelii sin Blodt  
mit*

possimus, quin publicas agamus gratias pro  
transmissa dodecade epistolarum, maximam  
partem ad HARTM. BEYERVM, Ecclesiastem  
olim Francof. a Io. BRENTIO nostro scripta-  
rum, quarum autographa a Generosissimis  
DNN. Scholarchis Francofurtensibus, (quos  
meo nomine submisse & observantē compel-  
lavit, quorumque munificentia insignis æter-  
num me hinc debitorem reddidit,) ipsi ad de-  
scribendum perquam benevole concessa sunt,  
qui & ipse descriptionis labore accuratissime  
& humanissime est defunctus. Cuius exem-  
pli si & alii viri docti, ex quibus iam plures  
cimelia sua liberaliter mecum communica-  
runt, nonnulli promtissime obtulerunt, insti-  
tutum meum in vita Brentii copiosius enar-  
randa, porro promovere pergent, non me  
magis, quam publicum sibi olim obstringent.

mit grotem Marter vergathen etc. Cum quibus verbis conveniunt illa relationis, a D. Kortholto ad Ill. Seckendorfium transmissæ, verba, quæ in huius Hist. Luther. L. I. §. CXLIX. p. 268. col. b. leguntur. En illa: *Henr. Zutphaniensis cum biennium Bremæ tanquam Evangelicus adis Anscharianæ Pastor exegisset, piæ cuiusdam viduæ, Wibæ auspiciis, per M. Nicolaum Boje, Pastorem Meldorpensem, Dithmarsiæque Superintendentem, in Dithmarsiam accitus est. Atque hæc est illa Wiba (nomen proprium Wiba vel Wiesbecke / hodieque passim usitatum est Cimbris) de qua Lutherus Henrici describens martyrium: Da gieng hinzu/ inquit, eine fromme Christliche Frau / Claus Jungen Frau/ mit Weibe Nahmen. i. e. Accessit pia matrona Nicolai Lungii uxor, nomine Wibæ (legi debet mit Nahmen Wibe) Soror Petri Nannii. Vidua fuit defuncti tunc iam Lungii, unius ex collegio 48. Regentum, quos vocant, filia autem (non soror) Petri Nannen, cum qua post perpetratam hanc cædem, literarum commercium B. Luthero intercessit &c. Atque hanc esse puto piam illam feminam, cuius Iac. Hyperensis in epistola meminit, uti supra p. 880. legere licet. Cæterum ad Nicol. Boje*

Kkk 5

quod

quod attinet, promisit eius notitiam I. C. Wezelius in præf. P. III. Hymnopœographia. Ni fallor, exhibuit eam in edita (\*) nuper P. IV. & ultima, cui & supplementa accessisse dicuntur. Neque enim dubito, hunc esse illum Nic. Boje, de quo agere se velle, fidem dedit Wezelius, utpote quem, una cum alio eius nominis, (\*\*) inter Hymnopœos locum habere, Io. Detlefus testatur apud Seelenium l. c. p. 325.

### HALÆ MAGDEB.

Præterito anno per partes in lucem exire cœperunt IO. FRID. CHRISTII Noctes Academicæ, observationibus ad rem litterariam miscellis & coniecturis expositæ. SPECIMEN I. (\*\*\*) quo Iuris Iustiniani, Romanorumque Auctorum loca

(\*) Editam enim nunc esse, ex catalogo librorum Lipsiensi, proximis nundinis vernis h. a. excuso, intellexi.

(\*\*) De Cognato Nicolai Boje, concionatore, cui itidem Nicolao nomen fuerat, conf. & Seckend. in Hist. Luth. L III. s. LXXV. Add. II. p. 243. b.

(\*\*\*) Recensetur in Novellis liter. Krausianis, 1727. n. LII. p. 525. sq. & in Coburgensibus Novellarum Excerptis, 1727. m. Iun. p. 129. sq.



loca pluscula illustrantur, Velleius notatur, Cardanus defenditur. Observationum singularum titulos versa docebit pagina. Typis Ioh. Christ. Hilligeri, Acad. Typogr. A. 1727. 8. plag. 5. *SPECIMEN II.* (\*) quo ex Antiquitate quædam monumenta illustrantur, Cicero, Quintilianus, alii explicantur & emendantur, Anacreon defenditur, P. Stephani *H. F. indoles* exponitur. Typis iisdem, 1727. plag. 6. Hoc anno ibid. ex eadem officina *SPECIMEN III.* (\*\*) prodiit, quo ritus iuris antiqui illustrantur, auctores emendantur, origines Francicæ, alia, e MSS. eruuntur. A. 1728. plag. 6.

Memores eorum, quæ p. 852. promisi-  
mus, nonnulla pace auctoris Celeb. profere-  
mus, quæ in lectione harum observationum  
doctissimarum, nobis venerunt in mentem.  
Frontem Specim. primi ornat triplex *Hier.*  
*Cardani* effigies, ab ipso Christio ære cælato  
eleganter expressa. Vnde exemplaria de-  
prompserit, p. 63. memorat. Possideo *H. Car-*  
*dani Libros XVII. de Varietate Rerum*, Basil.

M.D. LVII.

(\*) Recens. in laudatis libris, priore, l. c. n. LXX.

p. 710. posteriore m. Sept. e. a. p. 227. sq.

(\*\*) Describitur locis citatis, priore ad A. 1728.

p. 152. posteriore, ade. a. m. Ian. p. 11. sq.

M. D. LVII. 8. excusos. (\*) In averfa tituli pagina Icon Cardani conspicitur, illa scil. quam & Christius loco secundo accurate exhibet, in mea tamen editione facies Cardani sinistrorum respicit; his circumscriptis verbis: *Hieronymus. Cardanus. Aetatis. An. XLVIII.* In medio annus additur, 1553. In Chrysolitho cælandam curasse illum iconem suam, ex Cardani L. VII. de Subtil. p. 173. refert auctor. Evolvi locum, & inveni lib. cit. p. m. 259. edit. Lugdun. 1559. 8. Ego, ait Cardanus, in Chrysolitho effigiem meam cælari iussi, cum prima nominis ac prænominis litera. Elegi hunc lapidem, quod sit durissimus, (\*\*) atque ob id æternum opus, splendeatque non parum. Forsan non ingratus fuerit Christio & aliis locus, ex Lib. XVII. eiusd. operis, p. m. 577. en illum: *Difficillimum*, inquit, ac singu-

---

(\*) Aliam edit. ibid. eod. anno in fol. impressam. Christius usurpavit, ex eaque effigiem alteram expressit.

(\*\*) Fieri tamen potuit, ut & ob eas virtutes hunc lapidem elegerit, quas illi tribuit in tract. de gemmis & coloribus, p. m. 341. editionis operum quorundam Cardani, quæ Basili. ex offic. Henrici Petri M. D. LXII. m. Sept. prodiit, & qua Christium esse usum, ex p. 47. sq. discimus.

singularis exempli opus faciem totam cœlare, atque  
id etiam magis in parva gemma. Eam ob cau-  
sam imagines meas multis in gemmis cæ-  
latas, chrysolitho, hyacintho atque aliis,  
cum nomine ac prænomine dimidium faciei aut  
certe sesquidimidium repræsentare feci. &c. Ex  
quibus verbis varietas Iconum Cardani fa-  
cile intelligitur; merentur vero & cætera,  
quæ antecedunt & sequuntur, expendi.

Pag. 59. sq. characterem Cardani mora-  
lem repræsentat Christius, qualem ipsi, ma-  
ximam partem ex eius tractatu de libris pro-  
priis, quem Bælius præteriisse illi videtur,  
cruere licuit. Ac fatemur certe, pleraque in  
hoc libro, nobis iam ante lecto, de Cardani  
indole legi expressa, quæ Cl. auctor scite in  
ordinem redegit, suisque meditationibus  
docte illustravit. Meretur tamen conferri  
ille character, quem S. Rev. D. Heuman-  
nus in Actis Phil. T. I. p. 573. sq. de Car-  
dano efformavit, quantum ad ingenium  
eius philosophicum attinet. (\*) Postquam  
enim retulisset, opera eius decem in folio  
volu-

---

(\*) In Philosophia Cardanum verum fuisse Ecle-  
ticum, p. 61. Christius affirmat.

voluminibus (\*) excusa prostare, variaque variorum de illo iudicia produxisset, ipse in hanc pronunciat sententiam; *magnam in eo fuisse memoriam, magnamque imaginationis vim, sed admodum mediocre iudicium, sine quo tamen ingenium philosophicum nihil vel parum valeat.* Profert & Heumannus Iul. Cæs. Scaligeri de Cardano iudicium ex epist. 90. ubi illum *virum nunquam satis laudatum, cui nihil fere superfuerit ad perfectam eruditionem, vocavit.* Reperi locum p. m. 251. in editio-  
ne I. C. Scaligeri Epist. & Orat. Hanoviensi 1603. 12. vidique, eandem præfixam esse eius-  
dem Scaligeri exotericarum exercitationum libro XV. de Subtilitate ad Hier. Cardanum,  
(\*\*) ubi tamen annus, quo scripta fuit, omis-  
sus est, una cum ultima linea; nam in edi-  
tione Hanov. post verba: *in præsentia debes,*  
*hæc adhuc leguntur: Vascosano vero de mea*  
*dignitate optime merito iam pridem debuisti.*  
*Vale. M. D. LVII.* Atvero Scaliger in hac  
epistola de Cardani morte, ( quam Thua-  
nus

(\*\*) Possidet illa Illustris Norimbergensium Po-  
lyhistor, D. God. Thomasius, mihique ante  
hos quinque annos, additis eruditissimis de  
Cardano sermonibus, humanissime ostendit.  
(\*\*) Vtq[ue] editione Francofurtensi 1612. 8.



nus ad A. 1575. Bælius , v. Cardan. nota F.  
p. 763. edit. recentiss rectius ad A. 1576. re-  
fert, ) mentionem faciat , M. D. LXXVII.  
epistola exarata esse videtur. Cæterum sibi  
ipsi non constitisse apparet Scaligerum in  
ferendis de Cardano iudiciis. In præf. libri  
cit. quam ad Cardanum direxit , postquam  
*infinitam lectionem , & ingenii vigorem insi-  
gnem ad omnium scientiarum minutissima quæ-  
que momenta consequenda*, in ipso laudasset,  
addit: acerrimum vero iudicium , quod ego ani-  
mam sapientiae vocare consuevi , etiam supererat ;  
alibi ipsi ingenium turbidum & ventosum tri-  
buit , & quanquam affectibus sæpen numero  
eum plus iusto indulsisse , nemo ignoret ; ex-  
istimaverim tamen , omnium candidissime  
tum de Cardano pronuntiasse Scaligerum ,  
cum in Exerc. CXIII. n. 1. p. m. 424. lib. cit.  
sine dubio ex animi sententia scripsit : *Vti-  
nam isti tuo incomparabili ingenio diligentius  
studium , maturius iudicium adiunxisses . Pro-  
fecto te mihi in bonis literis ducem , atque impe-  
ratorem elegisset . Hæc & mea est de Car-  
dano sententia , quam cum Heumann &  
Christii , aliorumque , quæ apud Bælium &  
Teissierum in Elog. Thuan. T. III. p. 97 ---  
110. magno numero occurruunt , iudiciis  
facile*

facile conciliari posse , probe subductis rationibus, crediderim.

In Spec. III. Obs. XVIII. p. 248 --- 258.  
*de vita & scriptis Hermanni Comitis a Nuenar,*  
*Præpositi Coloniensis*, nonnulla commentatur  
Cel. Christius, doletque p. 249. gloriam hu-  
ius viri hodie non pro meritis amplam es-  
se. Mihi vero dolet, eidem non in mentem  
hic venisse eorum, quæ in Cel. Iac. Burckhar-  
di, Consiliarii nunc & Bibliothecarii Guel-  
ferbytani, vita Vlr. de Hutten dudum legit,  
( legisse vero ea Christium, dubium non est,  
cum ipse nuper Analecta de Vlr. Hutteneo  
ediderit.) Ibi enim P. I. p. 148. sq. de Nue-  
nario Com. agit, & provocat ad Comment.  
suum de Ling. Lat. in Germ. fatis P. I. p. 331.  
sqq. cuius & conf. P. II. p. 40. 479. & NB.  
p. 480. ubi Commentarium *de vita illius*  
*Herm. Com. a Nuenar* promittit, quod pro-  
missum in P. III. vitæ Huttensi p. 65. & 68.  
repetit. Scripta Nuenarii de sudatoria febri  
& annotationes aliquot herbarum, paucaque  
alia, ipsem et possideo. A. 1530. interfuisse  
illum Comitiis August. Christius p. 250. do-  
cet; confirmat id Ge. Cœlestinus in Hist. Aug.  
Com. T. IV. fol. 127. b.

VLMAE



## VLMAE.

In officina Dan. Bartholomæi Bibliopœlæ, optimo consilio recusi nunc prostant Rerum Suevicarum Scriptores aliquot veteres, Velleji Galli Fragmentum vetustum, Isidori Hispalensis, Io. Boemi Aubani; Henr. Bebelii nonnulla ad res Suevorum; præcipue Felicis Fabri Historia Suevica; partim primum editi, partim emendatius auctiusque. In quibus Suevorum origo, migratio, regna, principes, bella, &c. memoria mandantur & Italorum in Suevos Imperatores calumniae excipiuntur. Ex Bibliotheca & recensione MELCH. HAIMINSFELDII GOLDASTI. Editio secunda emendatior. Vlmae, 1727. fol. I. Alph. 9. plag. Quid huic editioni accesserit, in Novis Liter. Lips. 1727. p. 453. breviter ostenditur.

\* \*

Apud eundem prodire etiam cœpit Io. SCHILTERI *Thesaurus Antiquitatum Teutonicarum*, de quo opere eximio in posterum quædam dicemus. De aliis ex eadem officina editis libris egimus infra p. 913. sqq.

## HELMSTADII.

Quam diu satis orbis eruditus cupide  
Tom. I. Fasc. IV. L 11 adhuc



adhuc expectavit Moshemianam vitæ Mich.  
Serveti enarrationem uberiorem , ea lucem  
tandem vidiit hoc titulo : *Historia Michaelis  
Serveti, quam Praeside Io. Laur. Moshemio,  
Abbate Mariævallensi, & confirmato Michael-  
steinensi, Sereniss. Duc. Brunsvic. & Luneburg.  
& Consiliis sanctior. Theol. D. & Professore P. O.  
A. O. R. M. DCC. XXVII. d. XIX. Dec. placi-  
do doctorum examini publice exponit Auctōr  
Henricus ab Allwöerden , Stadenſis , Theol.  
Cultor. Helmstadii, stanno Bucholtziano in  
4t. I. Alph. plag. 8.*

In fronte conspicua est effigies miserrimi  
huius hominis , a Fritschio Hamburgi scul-  
pta, subiectis verbis : MICHAEL SERVETVS  
HISP. DE ARAGONIA ; quam imaginem accu-  
rate expressam esse ex antiquo & nitide pi-  
cto ἀεχετυπω, quod Cel. Boysenius possidet,  
§. LXII. p. 147. memoratur , aliquemque ex  
Serveti amicis fieri illud curasse, cum in cu-  
stodia detineretur, probabile esse, ostenditur.

Cum ipse S. Ven. D. Moshemius lectorem  
de hoc instituto optime informaverit in epi-  
stola ad doctissimum Auctorem Responden-  
tem , hoc demum anno 1728. exarata , &  
fini huius tractatus adiecta , bona cum lecto-  
rum venia illam huc transferemus integrum.

Dili-

Diligentiae, virtutis & eruditionis laude  
florentissimo & clarissimo

HENR. ab ALLWOERDEN

S. P. D.

IO. LAVR. MOSHEMIVS.

**T**ria fere lustra præterlapsa sunt, quum ad Historiam librorum (\*) publica auctoritate combustorum condendam iuvenis me applicarem. Fervebat tum temporis studium Historiæ, quam litterariam vocant, nec quisquam facile nomen inter eruditos consequi poterat, nisi suam in hoc genere peritiam specimine quodam declarasset. Quapropter & mihi, ut iuvenum ingenia plerumque servire solent temporibus, aliquid huiusmodi audendum atque singulare hoc argu-

L 11 2 men-

(\*) Ex hoc ergo insigni procul dubio apparatu Moshemiano multum locupletari possent Dissertationes eruditæ de libris publica auctoritate combustis, altera ANDREÆ WESTPHALI, Gryphiswaldiæ 1713. edita, & in Amœn. Lit. T. VII. p. 75. & T. VIII. p. 463. sqq. laudata & excerpta; altera Io. GE. SCHELHORNII, in citatis modo Amœnitatibus eius literariis, & quidem in earum T. VIII. n. VI. p. 463 --- 510. nuper admodum evulgata, cuius & continuationem avide expectamus. conf. T. VII. p. 75. sqq. & T. VIII. pag. 338. sqq. ubi de fatis librorum agit.

mentum excutiendum esse censebam. Ac si meo  
mihi fata vivere permisissent arbitrio, non me-  
diocre hodie extaret volumen, observationibus  
fortassis non plane spernendis cum de ipsis aucto-  
ribus, quorum opera non tulit summorum magi-  
stratum severitas, tum de libris eorum, quos  
carnifici delendos tradiderunt, refertum. Verum  
non passa est divina providentia tantum me in  
hisce rebus temporis consumere, & ad alia repen-  
te iussit abire negotia, sed cum quibus minor  
forte iucunditas, at maior coniuncta est utili-  
tas. Parui ego voluntati supremi Numinis, sche-  
dasque non levi labore congregas ad nullius mo-  
menti chartas amandavi, una MICH. SER-  
VETI, magni nominis, at infelicissimi Medici,  
Historia, quam per otium perficerem & expoli-  
rem, mihi reservata. Etenim in hac indaganda  
quoniam non parum posueram industrie, viris  
eruditissimis per litteras quoque consultis, neque  
nesciebam, cognitionem fatorum miseri hominis  
multum aliis ad prudentiam & sapientiam ad-  
iumenti esse allaturam, recte atque ordine me  
facturum statui, si in instituto labore perseve-  
rarem. Verum, amplificatis quotidie curis &  
occupationibus meis, & ab hoc pâne destiti pro-  
posito: atque periissent fortassis omnino labores,  
nisi TV, Vir ornatissime, intercessisses. Argu-  
mentum

mentum flagitabas exercitationis Academicæ, qua fautoribus & patronis ingenium & solertiam probares. Cognitæ vero mihi & perspectæ erant opes ingenii *TVI*, cognita insignis industria & laboris patientia, cognita denique, quam Rostochii iam collegeras, doctrinæ copia. Itaque non dubitavi negotium hoc *TIBI* committere, atque Historiam *SERVETI* concinnandam, & apte construendam tradere. Satis autem meæ fecisti expectationi, remque omnem, quemadmodum speraveram, sic exsequutus es, ut cur *TIBI* gratulentur, satis boni omnes & æqui existimatores caussæ habeant. Qui si ingentem illum rerum sylvam conspicerent, ex qua hanc composuisti Historiam, iudicium certe *TVVM* & indefessum studium æque laudarent, atque nunc aequitatem *TVAM*, modestiam & sagacitatem laudabunt. Temporis ratio & alia obsterunt, quo minus illa adiiceres, quæ de doctrina, ceterisque ad miserum hominem pertinentibus scitu sunt iucunda & necessaria. Verum illis, qui hoc desiderabunt, aut *TV* medeberis in posterum, aut fortassis ipse aliquando, si per otium licuerit, consulam. Interim fruere, Vir Nobilissime, studii *TVI* & laboris fructibus, exemploque *TVO* alios quamprimum doce, numquam illis patronos & divinum auxilium

L11 3

deesse

*deesse solere, qui nec sibi, nec patronis, nec di-  
vino desunt auxilio. Vale, meque TVI studio-  
sissimum amare perge. Dab. in Acad. Julia prid.  
Kal. Aprilis M DCC XXVIII.*

In §. X. p. 28. sq. in nota (e) de Io. CAMPA-  
NO, homine, pessimæ notæ, nonnulla notatu  
digna proponuntur, additurque, *dignum  
fore hunc hominem, cuius vitam diligentius  
aliquis consignaret.* Perquam mihi gratam  
esse hanc observationem de Io. Campano,  
publice profiteor, qui ante sex plus minus  
annos, occasione cuiusdam epistolii B. D.  
Mart. Lutheri, inediti, ut videtur, & a me  
*ex αὐτογεάφῳ* descripti, in qua Io. Campani  
mentio fit, nonnulla de Campano collegi,  
in quibus & haud pauca sunt, quæ hic de  
eo afferuntur, in primis ad Ven. Cypriani  
locum illustrandum communicavi literu-  
las illas cum pari virorum celeberrimorum,  
quorum alter illas, observationibus suis il-  
lustratas, commodo loco se editurum ali-  
quando esse, dudum promisit. Spem ergo  
facere audeo publicam, fore, ut, quam pri-  
mum licebit, aliqua interim de Campano  
notitia a viro illo doctissimo cum eruditis  
communicetur, ad quam alicubi locuple-  
tan-



tandam mea quoque perexigua observata  
lubens suppeditabo, in primis ea, quæ ad fata  
Georgii Wicelii pertinent, qui Campanum  
probum se simulantem & industrium, ho-  
spitio excepisse, accusatus est.

In §. XXIX. p. 66. not. g. coniectura af-  
fertur, Germanum Colladonem (*Germain  
Colladon*) haud dubie Gallum quendam fu-  
sse, qui Genevam sese reperit, Servetum-  
que in Gallis antea notaverit. Assentior &  
ipse huic opinioni, putoque, illum cognatio-  
nis vinculo coniunctum fuisse cum N. Col-  
ladone, Sacrarum Literarum Professore in  
Schola Lausannensi, qui Lausannæ V. Id.  
Aug. 1576. memoratu certe dignam præfa-  
tionem præmisit Io. Calvini Institutionibus  
Christ. Relig. dicto anno Lausannæ in 8.  
mai. eleganti typo excusis, in qua multa de  
suis fatis memorat, inter alia, *quod annis ab-*  
*hinc plus minus 30. Calvini Instit. R. C. apud*  
*suos Bituriges furtim & succisivis horis inter*  
*studia Iuris civilis, quæ tum tractasset, legerit,*  
*& 1549. ex Papatus dissipatione in has Ecclesias*  
*(a Calvini tunc nomine appellatas Ecclesias*  
*intelligit Collado) venerit, posteaque Genevæ,*  
*ubi, approbante Calvino, provincia docendorum*  
*in Schola puerorum functus esset, easdem Institu-*

*tiones diligentius evolverit*, in quas etiam indicem locupletem adornavit Collado, qui in dicta Editione Lausannensi habetur, quemque iam in raro obvia Calvini Instit. editione recens ab eo locupletata, reperio, quam Robertus Stephanus Genevæ A. M. D. LIX. xvii. Cal. Sept. in fol. excudit.

Ad §. LVI. p. 125. not. n. *Minum Celsum Senensem* virum fuisse eo tempore celebrem, neque hæc nomina ficta esse, erudite ostendisse mihi videtur optimus Schelhornius meus in Amœn. Lit. T. VII. p. 85. 86. (\*) postquam ipse in *Claudii Tolomei epistolarum*, Italico sermone scriptarum, collectione, fol. m. 288 --- 291. edit. Venet. (in Vinea-  
gia, appresso Dominico Giglio) 1558. 8.  
Fabii Benvoglientii ad Minum Celsum li-  
teras, a Schelhornio citatas, perlegi. Vbi ta-  
men duo mihi notanda hic sunt, 1.) quod  
in subiecto epistolarum indice *Marinus Celsus*  
(*Marino Celsi*) scribitur (\*\*) 2.) quod in  
mea editione illa epistola d. 15. Sept. M. D.  
XLVII. exarata dicitur. Ad ipsum vero *Fa-  
bium Benvoglientium* scriptæ quædam Episto-  
læ

(\*) In Indice lit. M. voce *Minus Celsus Senensis* pro p. 68. lege 86.

(\*\*) Ibidem pro fol. 285. lege 288.



læ in huius collectionis foliis 59. 235. 241.  
259. leguntur; aliamque Annibal Caro ad  
eundem Roma d. 25. Febr. 1558. dedit, quæ  
extat p. 362. sqq. in simili Epistolarum Itali-  
carum Sylloge, cuius hic est titulus: *Let-  
tere di XIII. Huomini Illustri &c. In Venetia per  
Francesco Lorenzini da Turino, M.D.LX. 8.*

Ad p. 162. sqq. §. I. coll. p. 29. §. XI. Ha-  
genoæ typis lo. Secerii librum Serveti de Trini-  
tatis erroribus prodiisse, abhinc hoc ipso anno,  
codemque, quo hæc scribimus, mense, nos  
quoque adstruere fusius aggressi sumus in  
Sylloges nostræ Fasc. II. p. 401. sqq.

Ad p. 230. seq. de loco de Circul. sang. agam  
p. 921. sq.

## HAMBVRGI.

Tandem & Viri Perreverendi OTTO-  
NIS FRID. SCHVTZII *de vita Dav. Chy-  
træi Commentariorum libri duo ultimi* hoc ipso  
anno emissi sunt, sumtu Christ. Guil. Bran-  
dtii, in 8v. Forte alias de hac vita IV. libris  
elegantissime descripta, pluribus agemus;  
nunc ad L. IV. p. 190. sequentem *Epistolam*  
*Dav. Chytræi*, precibus Celeb. Schützii pag.  
207. legendis, inducti, ex D. Io. Pfeffinge-  
ri Consolationum libello, Viteb. a Io. Cra-  
tone, 1560. 8. excuso, lit. R. 3. sqq. profe-  
rimus, ex qua etiam L. I. §. XVI. illustratur.

LII 5

Cla-



Clarissimo Viro Eruditione & Virtute præstanti D. Iohanni Pfeffingero, docenti Evangelion Dei in Ecclesia & Academia Inclytæ urbis Lipsicæ, domino suo & patrono reverenter colendo. S. D.

**C**larissime D. Doctor, patrone colende. De filii tui, viri doctrina & virtute præstantis, ac fraterno amore & studiorum ac vitæ societate mihi arctissime coniuncti, discessu, accepi mœstissimas Epistolas aliquot amicorum, hoc ipso die, quo historiam unici viduæ filii, a Christo Dei filio in vitam revocati, Ecclesia proponit. Quare initio hunc filium D. dominum nostrum Iesum Christum fontem & instauratorem vitæ toto pectore oro, ut te Spiritu sancto suo consoletur, & veris ac efficacibus remediis acerbissimo mœrori & desiderio nostro medeatur. Nam plurimas ac gravissimas & ingentis doloris & desiderii causas habemus, Tanta fuit virtus in filio tuo, tanta ingenii & morum probitas & excellens in omni officio diligentia ac moderatio, ut amarent eum omnes, quibus notus fuit. Quare ad eum complectendum, non tam domestica consuetudine, qua aliquan- diu iuncti fuimus, quam admiratione virtutis ipsius rapiebar, pectus erat plenum pietatis & ardebat studio doctrinæ cœlestis discen- dæ ac propagandæ. Deinde ingenuitas summa erat, & nativa bonitas, quæ nihil habebat fucatum & aliunde adscitum. Et ut tota vita erat integra ac casta; ita sermo nihil impurum,

livi-

lividum aut obscenum continebat. Cumque & ingenio & eruditione & aliis dotibus, multis nostrum antecelleret, tamen nulla in eo fastus aut insolentiæ significatio poterat animadverti, Familiariter, candidissime & sincero pectore mecum de plerisque doctrinæ Christianæ partibus conferebat. Et quanquam ea humanitate erga omnes erat, ut ab omnibus diligeretur, tamen me semper videbatur singulari benevolentia complecti, Itaque vicissim eum non secus ac fratrem dilexi, nec in acerbiorem ex germani fratris quam ipsius obitu, luctum incidissem, & quo possum utcunque tui doloris magnitudinem æstimare, ut enim in bonis naturis *σογγαὶ* sunt expressissimæ, ita non dubito, hoc ipsum incendium amoris erga natos, divinitus insitum pectoribus parentum, vehementer tuam mœstitiam augere, præsertim cum hoc tempore filium amiseris, quo tua senectus, in complexu, pietate, virtute & gloria ipsius suaviter adquiescere debebat. Et ipse iam excellenti doctrina excultus ingenium Ecclesiæ & gloriæ Dei illustrandæ & propagandæ destinarat.

Vtinam vero non solum lachrymarum societate, sed veris & efficacibus remediis tristissimum vulnus tuum curare possem, ego hac consolatione meo dolori utcunque resisto. Quod firmissime statuo, non casu sed certo Dei consilio hunc *παραστήν* meum ex sua statione ad æternam Dei & totius Ecclesiæ cœlestis consuetudinem evocatum esse, ubi nunc gaudet se ex huius



huius ærumnosæ vitæ erga tulo liberatum esse, & præsens fruitur conspectu, sermonibus & sapientia Dei ac filii ipsius domini nostri Iesu Christi, & suorum parentum, fratris, sororis & totius Ecclesiæ ac meam salutem D E O ardentissimis votis commendat, ibi enim ( forte: eum ) rursus complectar, & de universa sapientia Dei, cuius elementa hic una didicimus, suavissime cum eo colloquar.

Hac ego me consolatione utcunque sustento. Quam quidem iudico non inane θελκτηριον esse ( ut Socrates & Cicero se ad illud animorum concilium migraturos esse somniant ) sed certam & immotam sententiam esse resuscitatione filii Dei ut ( f. & ) multorum aliorum, qui extinti revixerunt, confirmatam firmissime credo. Precor autem ardentibus votis filium Dei ut te & honestissimam coniugem tuam erigat & filium Paulum conservet in columem, ut ipse soletur tristem matrem recreetque senectam. Bene vale & Epistolam simplici animo scriptam boni consule. Existimavi enim ad officium gratæ mentis pertinere, tali tempore, aliquam tibi meæ συμπαθειας significationem ostendere. Salutem reverenter opto honestissimæ matronæ coniugi tuæ, & dulcissimis liberis & clarissimis viris, tuo genero. M. Hofmanno. M. Annebergensi &c. Rostochii, Dominica 16. post Trin. 1551. (\*)

David Chyträus.  
ONOL-

(\*) Hoc año iuvenis 21. ann. Chyträus Prof. Rostoch. factus est, v. Schützius l. c. Lib. I. §. XVI.



## ONOLDI.

In huius Fasc. p. 787. sqq. exhibui optima fide & intentione Ge. Vogleri Epistolam ad Superattendentes Onoldinos de Visit. Eccles. solenni instituenda; cum hoc, quod nos vivimus, saeculo, eam amplius veritatis studiosis substrahendi causam satis gravem superesse nullam, totus mihi peruersum habeam, ut alicuius viri doctissimi verbis utar. Scripsi postea illa de epistola ad S.V. Dn. D. IO. GVIL. de LITH, qui Onoldo Id. Quint. 1728. haec ad me docte rescripsit, quæ ut pace Viri Ven. meis lectoribus ne invideam, necessarium fere arbitror: *Sylloges Tuæ partem*, ait, *quam misisti, non sine delectatione legi, & industriam, qua Schediasma- ta memoratu digna ab interitu vindicas, vehe- menter probo.* De Vogleri Cancellarii tamen epistola, stomachi & querelarum plena, qua pri- mos Ecclesiæ Onoldinæ reformatores graviter ob- iurgavit, iudicare, hosque indicta causa con- demnare vix audeo. Id certe suspectum, quod ipsos inimicitarum, quæ illi cum Friderico Prin- cipe, Ecclesiæ huic tunc præposito, intercesserunt, societatem non coiisse, tam ægre tulit. De hoc autem, quod vocationem indignorum Ecclesiæ ministrorum, Simoniam, abusum bonorum sacris usibus

usibus destinatorum, aliaque sui & nostri seculi  
vitia detestatus est, prorsus illi assentior, nec  
ullam flagitia ista reprehendendi occasionem pra-  
termitto. Visitationem Ecclesiarum, cuius ne-  
cessitatem in literis his operose inculcavit, ego  
quoque Augusto Principi nostro non suasi solum,  
sed etiam persuasi, atque ut ea institueretur,  
effeci, leges in ea servandas, & quæstiones cui-  
que ordini proponendas, consignavi, & quæ bea-  
tus Lutherus de visitatione Ecclesiarum Saxonie  
exaravit, recudenda, cunctisque Pastoribus dis-  
tribuenda curavi. &c. Quæ Ven. Lithius de sua  
circa Visitationem Eccles. cuius quidem suc-  
cessum non ubique parem fuisse, candide  
fatetur, suscepta cura, benevole ad me scri-  
psit, ea & publice legere, nec ipsum forte  
Theologum hunc præstantissimum pœnite-  
bit, unde neque illi, neque aliis ingratam  
fore publicationem huius notitiæ, persuasus  
sum.

## KILONII.

Legimus abhinc aliquo tempore in Biblioth.  
Lubec. Vol. V. A. 1727. edito, p. 191. sqq. memo-  
rabilem notitiam de obitu & vasta eruditione  
Generosissimæ BROCKTORFFIÆ, quam inde hic  
totam repetere liceat, ut & apud nos innotescat:  
Amisimus, neque nos solum sed universa  
Cimbria amisit splendidissimum decus, &  
lexus

sexus sui & omnis eruditionis pereximum  
fidus, Perillustris, Generosissimi atque Ex-  
cellentissimi Domini CAJ BROCKTORFF,  
Domini in Tesdorff. & reliqua, amantissi-  
mam tori sociam, generosissimam Domi-  
nam ANNAM CATHARINAM ex peril-  
lustri AHLEFELDIORVM prosapia oriun-  
dam, & anni currentis die Ian. 4. defun-  
ctam. Excelluit non iis solum corporis &  
mentis dotibus, quæ tantæ genti sunt pro-  
priæ, sed ad istud literarum fastigium pro-  
gressa quoque est, ad quod pauci pertin-  
gunt, quorum una e literis salus & nomen  
est. Imo multos qui omnem in studiis vi-  
tam consumunt, longo post se intervallo  
reliquit. Muficam callebat egregie, & ad  
miraculum usque voce æque ac instrumen-  
tis (in primis eo quod *Angelique* dicitur) ute-  
batur. Linguarum quæ hodie in usu sunt  
plurimarum erat callentissima, & gallicæ  
adeo, ut in eadem carmina eximia pange-  
ret. In Poesi vero vernacula omnes vene-  
res omnemque dictionis puritatem cum ma-  
ximis nostræ ætatis Poetis observabat. Hi-  
storiæ sacrae & profanae omnem perlu-  
straverat, addideratque tot scientiis noti-  
tiæ antiquitatum, Iudaicarum in primis,

Iose-

Iosephumque eum in finem aliquoties perlegerat. Imo adeo rarissimo exemplo non latinæ solum & græcæ linguae notitia imbuta fuit, sed Hebræam quoque, Chaldaicam & Syriacam perdidicerat, ut par adeo esset evolvendo & intelligendo codici sacro. Quin & manu docta versabat & Targumim & scripta Rabbinorum, Abarbane lis, Abenesræ, Kimchi, scripsitque adeo epistolas lingua hebræa & commercium literarum ebraice scriptarum habuit. Composuit lingua nobis vernacula integrum vitæ Servatoris historiam, neque dies festus abiit, quin carmen aliquod memoriæ ipsius daret. Imo integrum psalmorum Davidicorum librum carmine vernaculo plane eximio expressit. Carmina non solum cum eximia bibliotheca tristes tanti Exempli reliquiae supersunt, sed & quæ facta nobis spes, luci forte publicæ exponentur. Certe Vitam Beatissimæ, dignissimam quæ ab obliuione vindicetur, orbi erudito expositum iri, relatum nobis est. *Hactenus Venerandi Collectores Bibl. Lub. Nos hic meminimus eorum, quæ in Act. Erud. Germ. P. CXXIV. p. 302. sq. leguntur de eruditione excellenti, qua GENE ROSISSIMA DOMINA DE MARSCHALL hoc tempore cluit.*

VLMÆ.



## VLMÆ.

His diebus Vlmæ, in quarti ordinis forma, sumptibus Dan. Bartholomæi & filii, prodiit Ven. Io. FRICKII edecumatissima *Commentatio Theologico - Critica de Cura Ecclesiæ veteris circa Canonem Scripturæ S. & conservandam Codicum puritatem*, cuius in *Capite I.* de Canonis prima origine, constitutione, integritate &c. generaliora traduntur. *Cap. II.* de cura Ecclesiæ Christianæ circa Canonem Vet. Test. eruditæ differitur. *Cap. III.* de cura Ecclesiæ circa Canonem N. T. *Cap. IV.* de cura Ecclesiæ vetustissimæ circa puritatem Codicum N. T. conservandam. Opus dicatum est Duumviris Celeberrimis, Ern. Sal. Cypriano & Io. Alb. Fabricio. *Hæc perscripsit ad me Memminga d. 18. Mart. 1728.* Vir multis nominibus mihi amicissimus sèpiusque iam in hac ipsa Sylloge laudatus Io. Ge. Schelhornius.

\* \*

IBIDEM, eiusd. Bibliopolæ impensis, superiore anno publici iuris factus est laudati modo Io. GE. SCHELHORNII *Tomus VII. Amœnitatum literariorum, quibus varie observationes, scriptæ item quedam anecdota & rariora Opuscula exhibentur.* Francof. & Lips. 1727. 8. plag. 20. cum figuris nonnullis, ære expressis. Recens. fuse in *Tom. I. Fasc. IV.* Mmm Novis



Novis Liter. Cel. Krausii A. 1727. n. XCIX.  
p. 985. sqq. & n. C. p. 998. sqq. De Tomo VI.  
diximus in Fasc. I. p. 207. sqq. observationesque  
nostras Cl. auctori, aliisque non ingratis fuisse,  
lubentes percepimus. Nisi chartæ angustia pro-  
hiberemur, etiam ad hunc, sequentemque octa-  
vum Tomum, paucula, nobis annotata, iam  
adspiceremus; reservabimus ea tamen in aliud  
forte tempus, nunc saltem ad quasdam Tomi  
VII. paginas, sequentes, leves quidem eas, ad-  
dituri notatiunculas.

*Ad pag. 19. sqq. ubi de Lithostrotis agit igno-*  
tus quidem, sed perquam doctus illius observ.  
auctor. Hier. Cardanus de Subtilitate Lib. VII.  
p. m. 269. edit. Lugd. 1559. 8. hunc mihi sug-  
gessit locum, nescio, an ab aliis iam annota-  
tum: *Fit &, inquit, Lithostroton, quo pavi-*  
*menta templorum figuris variantur hominum,*  
*ferarum, arborumque, ut Constantinopoli in æde*  
*Sapientiae, Venetiis B. Marci, & Florentiae B.*  
*Ioannis Baptiste: aut muri, ut Mediolani in*  
*æde B. Laurentii, ex frustulis lapidum diverso-*  
*rum colorum, albis, rubris, ceruleis, viridibus,*  
*nigris, glutino tenaci invicem iunctis, ut non*  
*solam formam, sed & colorem imagines referant.*

*Pag. 29. sqq. coll. p. 65. Sudarii focus in figura*  
*repræsentatur. Forte non nihil illustrari hæc pos-*  
*sunt ex illo monimento, quod sub initium huius*  
*Sæculi, in Ducatu Würtembergico, inter Can-*  
*stadium*

stadium & Zazenhusam ex terra effossum est, cuius meminit Summe Rev. D. Hauberus in Historia Mapparum Geogr. illius Principatus, vernaculo sermone edita, p. 133. not. f. qui & conficit, Balneum veterum Romanorum illud fuisse.

*Ad pag. 37. sqq. De Legionibus Romanorum egregie etiam ac verbose differit Vir Cel. C. G. SCHWARZIVS in erudita *Diss. de Cohorte Italica & Augusta*, ex *Act. Apost. X. 1. XXVII. 1.* Altorfii Nor. 1720. habita, ubi & §. VII. p. 16. sqq. integer Dionis locus explicatur. Cum viro illi antiquitatum peritissimo nihil magis exosum sit, quam nonnullorum mos, de charta in papyrus transcribendi, facile intelligitur, non contemnendas ad hoc argumentum difficillimum dilucide explicandum, ab eo prolatas fuisse observationes. Prolixam & elegantem huius Diss. recensionem dedit Cel. Io. Dav. Kœlerus in Fastis Vniv. Altorf. in Rectoratu annuo ipsius Kœleri A. 1719. & 1720. p. 117. sqq.*

*Pag. 123. & 125. narratur, Autographum Annal. Hirsaug. Io. Trithemii flammis esse absuntum. Vix legeram hæc, cum in M. Adami vitis Theoll. Germ. p. 278. (edit. Haidelb. 1620. 8.) in vita Conr. Pellicani, hæc mihi verba offerrentur: „Legit (Pellicanus) magnam partem „historiæ Hirsgaviensis Io. Trithemii, olim „Abbatis Spanheimensis, quem antea viderat; „virum, ut scribit, eximiæ staturæ & valde hu- „manum. „*

P. 125. refert auctor, eiusd. Trithemii Steganographiae autóγεαΦον flamma haustum esse, quippe quod Franc. Iunius immerito combusserit. Dolet Cl. Schelhornius in literis d. 18. Mart. h. a. ad me datis, typothetæ & correctoris Vlmensis incuria factum esse, ut hoc ipso in loco FRANC. IVNII nomen in FRANC. HVSITI mira metamorphosi fuerit commutatum; quod mendum tamen inter sphalmata extantiora corrigendum notaverit. Magis vero ipsi dolet, Cel. Colerum in sexto Anthol. fasc. in errorem inde inductum esse, dum scripsit, in fragmento, quod exhibet, Epistolæ Vffenbachianæ pro IVNIVS, legendum esse Hvsitvs. Nondum pervenit in manus meas ille fasciculus, unde nescio, an ibi mentionem fecerit Annal. Typ. Maittairii, T. II. p. 210—215. ubi de Trithemio, ex rarioribus Caroli Bovilli epistolis, satis mira & scitu non indigna, uti Maittarius scribit, proferuntur, quæ Cel. Colero fortassis non fuerint ingrata. Cæterum ipse ego possideo Io. CARAMVELIS declarationem Steganographiae nec non Claviculae Salomonis Germani Io. Trithemii, Abbatis Spanheimensis, &c. Coloniae Agrippinæ, typis Egmondanis, Sumptibus auctoris, Anno M. DC. XXXV. 4. pagg. 158. editam. Denique observo, cum avtographa Annal. Hirſ. & Steganographiæ Trithemianæ flammis perierunt, benigniora fata expertum esse avtographum operis Io. Trithemii, quo de Scriptoribus Eccles. agit. En locum insignem ex Io. Christiani

Christiani L. Baronis de Boineburg Epistolis ad  
Io. Conr. Dietericū scriptis, & a Rod. Mart. Meel-  
fährero, Norib. 1703. 12. editis, (quarum elegan-  
tem & locupletem recensionem, cum laude Ill.  
auctoris insigni coniunctam, vid. in Act. Erud.  
1704. p. 74. sqq.) Sic enim, sine dubio de autogra-  
pho Trithemii, in Epist. C. p. 334. *Pastor ille ruralis,*  
*librorum amans, heri Codicem rarissimum*  
*dono mihi dedit, quem oppidò in loco isto obscurissi-*  
*mo nemo facile ab interitu vindicasset, est codex*  
*manu scriptus Trithemii, quo scriptores*  
*Ecclesiasticos recenset, licet enim liber du-*  
*dum sit editus, rarissima tamen ac utilissima est*  
*manu scriptorum, ex quibus libri sunt editi, posse-*  
*sio, hæc non conceditur, nisi viris principibus, su-*  
*perbio igitur non parum hoc dono, & hoc inven-*  
*to, tale enim potest iure optimo dici haberique.*  
Nisi fallor, Erfurti nunc asservatur illud ipsum  
Trithemii Idiographum; eo enim Bibliothecam  
Boineburgianam translatam esse, legere me me-  
mini. Procul dubio autem in allatis verbis in-  
nuit Boineburgius illum Pastorem ruralem, de  
quo in Epist. LXXXVI. p. 303. egit his ver-  
bis: *C. Carlevitii Epistolas nondum editas nuper*  
*Tibi ostendi, quas mihi pastor quidam ruralis*  
*ex antiqua & eruditione pernobili familia oriun-*  
*dus obtulit: Optimo huic viro nunt me maxi-*  
*me curante Princeps locum clementissime concessit*

M m m 3

meliorum



*meliorem.* Ex quibus colligitur, optimos interdum thesauros literarios in bibliothecis pastorum ruralium esse absconditos; similiterq; dignos esse illos meliore fortuna , qui eosdem in lucem protrahunt. Qua occasione moneo , in animum me induisse , aliquando fasciculis meis infere re observationem, nomina celebriorum quorundam virorum ordine alphabetico recensentem, quorum autographa . ex quibus præcipua illorum opera sunt impressa , hodieque in Bibliothecis variis custodiuntur. Accedere posset Appendix, sistens nomina illorum auctorum, quorum MSS. codices, inediti quidem, sed ab aliis luculenter descripti , cimeliorum instar in Bibliothecis publicis & privatis habentur , quales recensiones , præter alios, ante aliquot annos dare cœperunt Viri Celebbs. Io. Iac. Moserus in Biblioteca Manuscriptorum , maxime anecdotorum, eorumque Historicorum, Norib. 1722. 4. edita, & Io. Henr. a Seelen in Selectis Literariis. A quorum instituto tamen meum in hoc differet, quod ego , indice saltem digito, auctorum nomina producam , additis locis, ubi MSS. eorum codices recensentur, vel asservantur. Conf. quæ de REGINONIS de Armonica institutione Codice, longe rarissimo & ab ipso auctore exarato, atque de MATTHÆI HERBENI libris de natura cantus ac miraculis vocis, in codice membranaceo scriptis, dixi in Fasc. I. p. 215. sqq. & Fasc. III. p. 570. sq. (ubi tamen in Fasc. I. p. 215. lin. 15. post vocabulum: qua: addenda sunt verba: exaratus fertur.)

Quod si



Quodsi quis in dicto paullo ante proposito me vel confirmare vel adiuvare benevole voluerit, illum certum esse iubeo, fore, ut honori & meritis eius publica quoque laus, & publicæ gratiæ obtingant.

Ad ceteras Observationes in T. VII. Amœn. Liter. Cl. Schelhornii comprehensas, alias forte quædam adiiciemus, nec non ad Tomum VIII. qui sub initium h. a. prodiit, cuiusque contenta indicantur in Nov. liter. Krauf. 1728. n. II. p. 12. id unicum addentes, Epistolæ Criticæ de punctis Controversiæ Kempisianæ præcipuis, quæ T. VIII. n. III. p. 391 --- 442. extat, auctorem sine omni dubio esse Rev. EVSEBIVM AMORT, cuius plena & succincta informatio de eodem argumento, ad quam & passim hic provocat, recens. in Act. Erud. 1725. p. 414. sqq. Literas autem initiales C. R. P. quæ p. 391. T. VIII. Amœnitatum Liter. occurrunt, denotare nobis videri : Canonici Regularis Pollingensis. Sed de his satis pro instituto.

## ALTORFII NORIMB.

Io. HENR. SCHVLZIVS, Med. D. & P. P. in hac Academia celeberrimus, Præceptor meus quondam in Anatomicis dexterimus & humanissimus, mox edet Diatriben, qua memoriam Sæcularem inventæ circulationis sanguinis instaurabit, cuius & Historia Medicinæ Pars I. proxime emitetur. Dabimus, pace Viri Cel. ipsa eius verba ex literis ipsius, nupero die VIII. Maii, 1728.

M m m 4

ad



ad amicum quendam, virum doctum, nobisque  
& ipsis amicum, exaratis, quæ sic habent:

Sum iam in eo, ut, quantum reliqua negotia  
permittent, sacerdalem inventæ & propalatæ  
circulationis sanguinis memoriam aliqua lucu-  
bratiuncula commendem, & nisi me bibliopolæ  
morarentur, a quibus scriptum aliquod in An-  
glia editum iam dimidio anno exspecto, forte  
iam comparuisset, quod meditor.

Historiæ meæ Medicinæ prima pars prope-  
diem in lucem publicam prodibit. Omnia re-  
finxi, quæ olim de hoc argumento commenta-  
tus sum, haud certe exiguo labore & temporis  
impedio: ex quo factum est, ut tardius, quam  
volueram, emittere opusculum hoc possim. Hæc  
ipse Cl. Schulzius.

Dimanabit ita ad plures quoque fructus illius  
laboris, quem in priore argumento illustrando,  
hoc ipso anno in Scholis suis academicis ponere  
se velle, affirmavit vir doctiss. in publice pro-  
posito nuper Catalogo prælectionum, a sacro  
paschatis ad sacrum Michaelis A. 1728. in Acad.  
Altorf. habendarum: „ Publice expositurū se esse  
„ omnem doctrinam de circulat. sanguinis, & de  
„ laudibus virorum optimorum, qui in hac dete-  
„ genda doctrina & afferenda laboraverunt: id  
„ que non solum ob dogmatis huius utilitatem &  
„ necessitatem; verum etiam quoniam hic annus  
„ centesimus est ab eo, quo feliciter tandem in  
„ publicum hæc veritas prodiit. „ Cæterum legi  
interim merentur, quæ hic ipse vir eruditissi-  
mus



mus ad hanc materiam illustrandam annotavit  
in binis orationibus elegantissimis, (quarum re-  
citationibus publice Altorfii factis, alterius d. 13.  
Dec. 1720. alterius d. 30. Iun. 1723. & me inter-  
fuisse, etiamnum lætor,) nimirum in Orat. in-  
aug. de iusta Anatomici studii æstimatione, quæ  
seorsum prostat, p. 18. 19. & in illa Orat. quam  
prid. Cal. Jul. Anni Jubilæi ab Acad. Altorf. 1723.  
celebrati, in solenni inauguratione VIII. Docto-  
rum Medicinæ recitavit, quæque nunc relata  
est in Acta Sacrorum Sæcularium Academiæ  
Altorfinæ, quorum exemplar eleganter compa-  
ctum, ab Excellentissimo C. G. Schwartzio,  
Coñ. Pal. Cæs. & P. P. cui editionem illorum  
debemus, humanissime mihi & perliberaliter  
transmissum esse, publice prædicare iuvat; in  
hisce vid. p. 222. coll. p. 534. P. VIII. Act. Erud. &  
Curios. Francon. Et in iis quidem locis de HELV.  
DIETERICI in hoc genere A. 1622. sqq. adhibitis  
laboribus differit. Idem Schulzius iam pridem in  
Bibl. Noviss. Sect. II. p. 58. sq. de Mich. SERVETI  
sagacitate in sanguinis circulatione detegenda  
egit, teste Cel. I. H. a Seelen in Select. Lit. p. 49.  
coll. p. 56. Opportune vero potimus Historia  
Mich. Serveti, Helmst. 1727. 4. edita, quam co-  
piose & docte enarratam, Præside S. V. Dn. D.  
Io. Laur. Moshemio, defendisse doctissimum illi-  
us auctorem Henr. ab Allwœrden, Stadensem,  
Theol. Cultorem, supra p. 897. diximus, in hu-  
ijs enim p. 230. sqq. celeberrimus ille locus appo-  
nitur, quo circul. fang. diu ante Harvæum, docui-  
se Servetum, maximi hodie Medici fateantur,

Mm m 5 aliique



aliique viri clarissimi, quorum nomina §. IX.  
in prooemio recensentur, ubi & Cl. auctor scri-  
bit, se auxilio in primis Viri in his rebus magni  
celeberrimiq; LAVR. HEISTERI, negotium hoc  
confidere cogitasse. Plures, quibus ante Guiliel-  
mum Harvejum illud inventum a nonnullis ad-  
scribitur, adducit Ge. Paschius de Inventis No-  
vis, cap. VI. §. III. p. 311. sqq. conf. D. Mich. Sen-  
nerti Disp. Witteb. 1664. hab. de Sanguine, Sect.  
IV. & Tenzelii Colloq. Menstr. 1695. p. 525. De  
ipsius vero Harvei adversariis & patronis, vid.  
Cel. Heumannii Acta Phil. T. II. p. 616 — 631.  
coll. p. 731. & eiusdem Conspectum Reipublicæ  
Liter. cap. I. §. IV. not. (f) p. 3. editionis auctioris.  
Quicquid cæteroqui sit de iis, quibus iam ante  
Harvejum, circulatio sanguinis cognita, cla-  
rius aliis, aliis obscurius, fuerit, primus tamen  
fuit Harvejus, qui ante hos ipsos centenos an-  
nos, per omnem orbem eruditum, illa doctrina  
inclaruit, dignus hinc, ut hoc ipso anno memo-  
ria sæcularis nomini ipsius celeberrimo iure de-  
cernatur, hicque etiam præclarus honos illi ad-  
iungatur, quo Londinense Medicorum Colle-  
gium iam pridem ipsum ornavit, cum statuam  
ex marmore albo, titulis honoratis ubique cir-  
cumfulgentibus, illi ponendam curavit, in cuius  
podio hæc leguntur: *Guil. Harvæo, Viro mo-  
numentis suis immortali, hoc insuper Collegium  
Medic. Lond. posuit: Qui enim Sanguini mo-  
tum, ut & animalibus ortum dedit, meruit  
esse stator perpetuus;* uti ex Thom. Bartholini  
Epist.



Epist. Med. Cent. IV. p. 537. hæc refert longe Cel. Dn. D. Io. Iac. Baierus in Orationibus variis argumenti, nuper editis, & ab eodem benevole mihi transmissis, p. 23. conf. & Acta Erud. 1726. p. 166. sq. ubi Rich. Mead Oratio anniversaria Harvejana recensetur. Quomodo, nomen Harveji scriendum sit, disquirit Heumannus in Act. Phil. T. II. p. 620. Harvejum se ipse scripsit in epist. ad Casp. Hofmannum, quæ de circul. sang. agit, & cum alia Hofmanni ad illum, legitur in Ge. Richteri Epistolis Selectioribus, p. 808. 809.

\* \*

In eadem Academia Altorfina Cel. Prof. IAC. GVIL. FEVERLINVS (cuius Cursum Philosophiæ Eclecticæ in Fas. III. p. 697. sqq. memoravimus,) Ontologiam emendatam & Apologiam Nicol. Taurelli prelo parat, cuius instituti sui in literis d. VIII. April. 1728. ad me datis, his me verbis reddidit certiorem. *Vltimam*, inquit, *manum addere constitui Ontologiæ emendatæ*, quæ prelo sub finem huius anni subiicitur, *sav Θεος θελησεν και ζητωμεν*. Præterea meditor *Apologia* Taurelli nostri, qui præter meritum Atheismi accusatur & Deismi: qua de causa maxime desidero Synopsin ipsius Metaphysicam, in qua primus Zach. Vietor *υπελον τι* reperisse sibi visus est; sed frustra hucusque in nostra vicinia Synopsin illam quæsivi, insigne habiturus beneficium, si mihi vel ad paucos dies ad perlegendum atque excependum communicaretur.

IX. SVP-



## IX.

SVPPLEMENTA, ILLVSTRATIONES  
ET EMENDATIONES TOMI I.  
HVIVS SYLLOGES.

*Ad Quest. post. præf. Fasc. I. coll. Fasc. II. p. 265.*  
In generalibus & que ac specialibus Bibliorum Complutensium, (quibus instructissima Bibliotheca Ducalis Ienensis superbit,) præfationibus ne unicum quidem verbum, quod pro honorifice in Fabrum Stap. dicto haberi possit, invenire se potuisse, scripsit amicus quidam d. 24. April. 1728. ad Cel. Io. Matth. Gesnerum, qui d. 12. Maii e. a. humanissime id mihi per literas significavit,

*Ad pag. 1. coll. p. 17. de ultimo Christi Paschate recentissimæ sunt Dissertationes, una Rev. M. Io. Englerti, Suinforti A. 1726. habita, & recensita in Act. Erud. & Cur. Franc. P. III. p. 177. sqq. coll. Relatt. Innoc. 1726. p. 1084. altera Cl. M. Ge. Imman. Weidleri Dissert. contra Harduinum, Witteb. 1727. hab. Conf. doctissimus Anglus Io. Richardson in suis Prælectionibus Eccles. de quibus vid. Acta Erud. Lips. 1727. p. 111. sqq. Vol. I. n. III. ubi disquirit; an Christus ultimum suum Pascha eodem tempore cum Iudeis celebrarit. Adde Bibl. Lubec. Vol. I. p. 167. de sententia Ven. L. Gottfr. Kolreiffii.*

*Ad p. 19. lin. 11. sqq. Optimus ille Senator, cuius hic mentionem fecimus, ante hos duos menses, scil. d. 10. Maii A. 1728, b. obiit,*

Ad

